Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber XVIIII de navibvs arcivm [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

INCIPIT· LIBER XVIIII· DE·NAVIBVS·

Ca·1

RCIVM· QVARVNDAM VOCA/ BVLA· QVIBVS· ALIQVID·FABR. ICATVR· VEL· INSTRVMENTA artificum vel qui misteriũ exhibeant· atq; aliquid huiusmodi dcinceps ex parte no/ tanda studui. ¶ Artifex generale nomen vocatus quod artem faciat sicut aurifex qui aurum facit. Faxo eni antiqui pro facio dicebãt· ¶ Nauclerus dñs nauis est appel/ latus. Ita q; nauis in sorte eius sit. Cleros eni grece sors dicitur Ceteri autẽ in naui in contribunatione sunt. ¶ Gubernio qui & gubernator·q̃si cohibernator quod cohibat prudencia sua hibernia·idest tempestates maris. ¶ Nauta a naue dictus per deriuationem. Nauita autem pro nauta poetice per dieresin di/ citur·sicut mauors pro mars. Nam rectum est nauta. ¶ Remex vocatur quod remum gerit. Sicut autem remex quomodo tu/ bex dicitur nominatiuo casu. Epibata greco sermone appellat̃ qui latine dicitur superueniens. ¶ Hic nihil habet negocii· sed naulo dato in alias terras transire disponit. ¶ Nauim quidam perhibent dictam eo·quod gnauum rectorem quirat·idest pe/ ritum sapiẽtem strennuum·qui continere & gubernare nouit ꝓpter maritima pericula & casus. Vñ est illud salomonis intel/ ligẽs gubernacula possidebit. ¶ Lidii autẽ primũ nauẽ fabrica/ uerũt pelagiq; incta petẽtes peruiũ mare usibus humanis fecerũt ¶ Rates primũ & antiquissimum genus nauigii crudibus ti/ gnis asseribusq; consertum· Ad cuius similitudinem fabricare naues ratarie dicte nunc iam rates abusiue naues. Nam ꝓprie rates sunt cõnexe inuicem trabes. ¶ Trieris nauis magna quã greci dulconem uocant de qua in esaya dicitur. Non transibit per eam trieris magna. ¶ Carpasia nauis a carpado insula no/ minata· sicut a rodo rodia·ab alexandria alexandrina·liburne dicte a libiis. Naues enim sunt negociatorum de quibus orati/ us. Ibis liburnis inter alta nauiũ. ¶ Rostrate naues dicte ab eo quod in fronte rostra erea habeant propter scopulos ne feriant̃ & collidantur. ¶ Longe naues sũt quas dromones uocamus dicte eo q; longiores sint ceteris· cuius contrarius musculus curcũ nauigiũ. ¶ Droma autem ab excurrendo dicit̃·Cursum

C1

enim graece dromum uocant. ¶ Classis dicta est a greco voca/
bulo· idé lignis. Vnde & celoces nauicule·que
ligna militibus portant. Anthoromatus dictus pro eo q̃ cele/
ritate sui anthoris & instrumétis reliquis nauium vehemédis
sit aptus. ¶ Phaselus est nauigium quem nos corrupte baselú
dicimus·De quo virgilius Piceisq; phasélis. Scafa·que & cara/
scopus nauigium q̃ latine speculatorium dicitur· Scopos enim
latine intendere dicitur. ¶ Barca est que cúcta nauis cómercia
ad litus portat·Nec naues in pelago propter nimias undas suo
suscipit gremio·Vbi autem appropinq̃uerit portui reddet uicé
barca naui quam accepit in pelago. ¶ Paro nauigium piratarú
aptum & ex his ita uocatum. Cicero· Tunc se fluctigero tradit
mandatq; paroni·Et alibi. Parunculis adlitus ludit celeribus
Mioparo·q̃si minimus paro·idé et carabus. Est enim parua sca/
fa ex vimine facta quae cótecta crudo corio genus nauigii pre/
bet quales utuntur germanorum pirate inoceani· litoribus uel
paludibus ob agilitatē· de qualib; historia·genus inquit sax/
onum mioparonibus non uiribus utuntur uel n.tuntur fuge
pocius q̃m bello parati. ¶ Celoces quos graeci celetras uocnt
idé ueloces biremes·uel triremes agiles & ad ministerium clas/
sis apte. Ennius·labitur uncta carina per equora cana celocis.
¶ Biremes autē naues sunt habētes remorum ordinem gemi/
num. Triremes & q̃triremes trium & quatuor ordinum. Sic
& pētires & exeres qui nos & senos ordines hadentes· Actu/
arie naues sūt·que uelis simul & remis aguntur. Ipogauus in
quo equos transuehere solitū est. Pontonium nauigium flui/
nale tardum & g̃ue·q̃ non nisi remigio progredi potem·hinc
& traiectum·idem extentum. Est enim latum. Vn et tnsethna
dicitur·extētus funis. ¶ Lenibus nauicula breuis·que alia ap/
pellatione dicitur & cimba & caupolus·sicut & leniter·idé ca/
rabus·quo in padi paludibus utuntur Portemia nauicula siri/
aci generis lata & sine carina a portando uocata. Vtuntur his/
in pannonia. Trabarie amnice naues·quae ex singulis trabibus
cauātur que alio nomine litorarie dicunt. Hec & caudices facte
ex uno ligno cauato & ide caudices·quia a quatuor·usq; ad de/
cem homines capiat ¶ De Partibus nauium Ca. ii·

Puppis posterior pars nauis est ·quasi post. Prora ante/
rior quasi priora Cumba locus unus nauis·q̃ aquis

incumbat ¶ Carrina a currendo dicta·quasi currina Fori na/
uium latera concaua a ferendo onera dicta siue tabula nauium
que sternuntur dicta ab eo q̃ incessus ferant·uel foris emineãt
De q̃bus virgilius. Laxãtq̃ foros. Colũbaria in sũmis lateribꝫ
nauium loca concaua per que eminent remi·dicta credo. quod
sint similia latibulis colũbarum in quibus nidificant. Agiauia
sunt loca in naui per que ad remiges hortator accedit. De q̃ en/
nius· Multa foro ponet & agia longa repletur. ¶ Trastra sunt
tabule·ubi sedẽt remiges qd̃ in trãsuso sit dicta·quae virgilius
iuga adpellabat· ¶ Remi a remouẽdis & decutiẽdis fluctibus
dicti·sicut tonsores a tondẽdis & decutiendis capillis. ¶ Pal/
mula est extrẽa latitudo remi a palma dicta· qua mare impellit̃
¶ Antemne autem dicte quasi ante amnem sint posite preterfluit
enim eas annis. ¶ Cornua extremae partes antemnarum sunt
dicte·per tropum ab inanimali ad animale ¶ Malus est arbor
nauis qua uela sustinẽtur·malus autem dictus quia habet in/
star mali in sũmitate· uel quia quasi quibusdam maleolis lig/
neis cingitur quorum uolubilitate uela facilius eleuãtur Mo/
dius ẽ cui arbor insistit ob similitudinem mẽsuralis uasis di/
ctus. ¶ Carceria sũt in cacumine arboris troclee·q̃si·f·littera p̃
quas funes trahunt̃ ¶ Cinna lucida cõfulgent alti carceria ma/
li ¶ Troclee autem uocate quod rotulas habeãt trocos eni grae/
ce rota dicit̃. ¶ Parastate stipites sunt pares stantes quibus ar/
bor sustinet̃. Cato malũ diligatũ parastate iũcte. ¶ Clauus·est
quo regitur gubernaculũ. De quo ennius· Vt clauum rectum
teneã nauemq̃ gubernem. ¶ Porticulus malleus in manu por/
tatur quo modus signũ que datur remigãtibus. De quo plau/
dus Ad loquendũ atq̃ tacendum tute habes porticulum. Tõ/
silla uncinus ferreus uel ligneus ad quem in litore defixum fu/
n s nauium inligantur. De quo ennius· Tõsilla sapiunt confi/
gũt litus aduncas. ¶ Ancora dens ferreus ex greca ethimolo/
gia nomẽ ducit qd̃ q̃si hois manus cõprehendat vñ scopulus
uel arenas. Nã manus grece·cira dicit̃. Apud hebreos autẽ aspi/
racionẽ nõ habẽt. Nã ancira dicit̃. Vñ & apud maiores sic aspi/
ratiõe pferebat̃ ¶ Puluine sũt machine q̃bus naues deducũt̃ &
subducunt̃ in portũ pons scala nauiũ ¶ De Velis. ¶ Ca. iii·

Vela greci armena dicunt pinde q̃ aere mouent̃·apud
latinos autẽ vela a volatu dicta· Vnde est illud velox

pádimus alas. ¶ Genera velorũ. Acateon. Epydromos. Dalũ. Artemon. Sipharũ. mendicũ. ¶ Ex quibus acateon velũ maximum é & in media naue cõstitutũ. ¶ Epydromos secundae amplitudinis sed ad puppem. ¶ Dalum minimũ velum & ad prorã deflexũ. ¶ Artemon dirigẽdi potius nauis causa cõmẽdatũ q̃ celeritatis. ¶ Sipharum genus veli vnum pedem habẽs quo iuuari nauigia solẽt in nauigatione quociẽs vis venti languescit. De quo lucanus. Sũmaq; tẽdẽs siphara velorũ peritu/ras colligit auras. quod ex separatiõe existimãt nomiatũ. ¶ Pes extremus angulus veli quẽ sic naute loquunt̃.

De Funibus. Ca. iiii.

FVnes dicti q̃ antea in vsum luminis fuerit circũdati cera. Vnde & funalia. ¶ Restes sũt siue quod rates cõtineãt seu qd̃ in his rhetia tẽdant̃. ¶ Rudẽtes sũt funes nauiũ ex nimio stridore ita dicti. ¶ Spirae funes q̃bus in tẽpẽstatibus vtunt̃ q̃s nautici suo more cucurbas vocãt. spirae autẽ absparto vocatae. ¶ Propes funis quo pes veli alligãt̃ q̃si prõpedes. De quo turpilius. Quasi cũ vẽtus est naue in mari secũdus. Si quis ꝓpedon misit si velis sinistrũ. Tormentũ funis in nauibus longus qua prora ad puppi extẽdit̃. quo magis cõstringant̃. Tormenta autem a torcu dicta sunt restes funesq̃. ¶ Saphon funis in prora positus. De quo caecilius Veneno cursu veni ꝓlato pede vsq; ad saphonem. ¶ Opistera funis que cornibus antemnae dextra sinistraq; tẽdunt̃ retrouerso. ¶ Prosnesium funis quo nauis in litore religatur ad palum. ¶ Mitra funis qua nauis media vincit̃. ¶ Anquina qua ad malũ antẽna cõstringit̃. De qua cinna atq; anquina regat stabilem fortissima cursũ. ¶ Remulcũ funis q̃ deligata nauis trahit̃ vice remi. De quo valgius. Nic meam e longo succedens prora remulcũ. Letãtem gratis sistit in hospicijs. ¶ Scrupi vicula loro vellino facta. quibus remi ad scalmos alligant̃. De quibus huius. Tuncq; remos iussit relegare scurppis. ¶ Cataforates linea cum massa plumbea qua maris altitudo temptatur. lucilius Nanc cataforatem puer eodem. Deforet vnctum plumbi pauxillũ rudis liniq; mataxã.

De Rhetibus. Ca. v.

REthe vocatũ siue a retenẽdis piscibus siue a restibus quibus tenduntur. Minus autem rethe simplagium dicit̃. a plagis. Nã ꝓprie plagas dicimus funes illos

quibus rhetia tenduntur circa imam & summâ partẽ. Funda genus est piscatoriae rhetis dicta ab eo q̃ in fundũ mittãt. Idem etiam a iactando iaculum dicitur. Plaustus probus quidam antea iaculator eras. Tragu genus rhetis ab eo q̃ trahit nuncupatũ. Ipse & verriculum. Verrere enim trahere est nassa. Cassis genus venatoriae rhetis q̃ capiat. hinc ẽ quod incassũ dicimus id est sine causa quasi sine cassibus sine q̃bus venatio inanis est. Conopeũ rhete quo culices excludunt in modũ tentorii quo magis alexandrini vtuntur. qua ibi ex nihilo culices copiosi nascuntur. Vnde & canopeum dicit. Nam canopea aegiptus est.

De Fabrorum fornace. Ca. vi

Faber a faciendo ferro impositum nomen habet. Hic denuatum nomen est ad alias artiũ materias fabros vel fabricas dicere. sed cum adiectione vt faber lignarius & reliqua. Propter operis scilicet firmitatem. In fabrorum autem fornace gentiles vulcanum auctorem dicũt. figuraliter p̃ vulcanum ignem significantes. sine quo nullum metalli genus fundi extendiq̃ potest. Nihil est enim pene quod igne non efficiatur. Alibi enim vitrum. Alibi argentũ. Alibi plumbum. Alibi minium. Alibi pigmenta. Alibi medicamẽta efficit. igne lapides in aera soluunt. Igne ferrum gignitur ac domat. Igne aurum perficit. Igne cremato lapide cimenta & parietes ligantur. lapides nigros ignis coquendo candificat. ligna candida vrendo offuscat. Carbones ex pruna fulgida nigros facit. De lignis duris fragiles. de putribilibus inputribiles reddit. stricta soluit soluta restringit. dura mollit. mollia dura reddit. Habet & medicaminis vsum. Nam saepe vri prodest. pestilenciae quoq̃ que obscuratione solis cõtrahit auxiliari certum est. In opere quoq̃ aliud gignit. primis ignibus. aliud secundis. aliud terciis. Habet quoq̃ & aliam in se diuersitatem ignis. Nam alius est qui vsui humano. Alius qui in iudicio apparet diuino. siue qui de caelo fulmen adstringit. siue qui de terra per vertices montium eructat. Ignis autẽ dictus q̃ nihil gigni potest ex eo. est enim inuiolabile elementum adsumens cuncta quae rapit. Fabrica duabus rebus constat ventis & flãmis. Flamma vero p̃prie fornacis est dicta quod flatu follium excitetur. Fornax vero ab igne vocata. fos enim ignis. Caminus fornax grecũ est deriuatum a cauma. Fauilla est deserta igne scintilla.

Pruna est q̃m diu ardet·cum autē extincta fuerit carbo nomi/
natur·Pruna autem a perurendo dicta. Carbo vero quod flā/
ma caret·qui dū interisse creditur maioris fit virtutis. Nam ite
rum incensus fortiore luce calescit. Cuius tanta est vis etiā & si/
ne igne firmitas. vt nullo hūore corrumpat̃·nulla vetustate vin
catur·extinctus enim tantū incorruptibilit̃ durat vt hii qui li/
mites figunt eos in fossos terra substernant·& lapides desuper
figant ad conuincendū litigatorem post quantalibet secula·fi/
xumq; lapidem limitem esse agnoscant·

De Instrumentis fabrorum.

Incus ē in quo ferrū tunditur a caeperido dictus eo Ca·vii·
q; illic aliquid cudamus idē feriendo ꝓducamus. Cudere enim
caedere & ferire est·veteres autem non incudem vocabāt sed in/
tudem eo q; in eo metallū tunditur hoc est tendat̃·Vnde & tu
dis. Malleus a tundendo·id est tenendo dicitur. Malleus vo
catus quia dū quid calet & molle est caedit & ꝓducit. Mar
cus malleus maior & dictus marcus q; maior sit ad cedendum
& fortior. Marcellus mediocris marculus. Malleus pusil/
lus. Lucilius. Et velut in fabricam feruens cū marculus ferrū
multorum magnis ictibus tundit. Forcipes quasi ferricipes
eo q; ferrū candens capiant teneātq; siue q; ab his aliquid for/
uum capimus & tenemus quasi forui capes. Nam foruū est ca/
lidum·Vnde & feruidum·Vnde & formosos dicimus·quibus
calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Lima dicta
eo q; lene faciat·Nam limum lene est. Cilium est vnde ope/
rantur argentarii aquo & celata vasa dicuntur.

De Fabricis parietum. Ca·viii·

IN fabricis parietum atq; tectorum greci inuentorem
dedalum adserunt·Iste enī primus didicisse fabricā·
a minerua dicitur·fabros autem siue artifices greci te/
cto nos vocant·id est instructores. Architecti autem cimen/
tarii sunt qui disponunt in fundamentis Vnde & apostolus
de semetipso quasi sapiens inquit architectus fundamentū po
sui. Mationes dicti a machinis in quibus insistunt propter
altitudinem parietum. De dispositione Ca·viiii

EDificiorum partes tres sunt·dispositio·constructio·
venustas Dispositio est arce vel solu et fundamen
torum discretio De. Constructione Ca·x

Constructio est laterũ & altitudinis aedificatio Cõ/
structio autẽ vel instructio vocata eo ꝙ instrigat &
cohere faciat vt lapides luto & ligna & lapides inuicẽ
sib: nam & intinctio ferri in aqua instructiua est nisi eni can
dens tinguatur stringi & coherere non potest ferrum. Item cõ/
structio a multitudine lapidũ & lignorũ dicta. vnde & strues.
Aliud est enim edificatio. Aliud instauratio. Nam aedificatio
noua constructio est. Instauratio vero ꝙ reparat̃ ad instar prio
ris. Nam instar veteres ꝑ similitudine ponebãt. Inde & instau/
rare dicebant. Constat autẽ constructio fundamẽto lapidibus.
calce arena. & lignis. ¶ Fundamentũ dictũ ꝙ fundũ sit aedifi
cii. ¶ Idem & cementum a cedendo dictum ꝙ ceso crasso lapi
de surgat. Lapides in structuris apti albus tiburtinus colum/
binus fluuiatilis lifungia rubrus. & reliqui. Albus lapis alius
durus alius mollis. Mollis dentata serra secatus tractabilis in
opere est. Ita vt in eo quasi in ligno literae scribantur. ¶ Tibur/
tinus a loco italie dictus qui dũ sit ad fabricã fortis vapore ta/
men dissilit. ¶ Tofus aedificiis inutilis est fundamẽtis aptus
mortalitate & mollicia. Ex aestu enim & halitu maris ferit̃ &
verberat̃ imbribus. ¶ Arenacius lapis concretus maris arenis
hic & bibulus dicitur seruat enim humorem acceptum. Idem
& in betiga gaditanus ab insula oceani vbi plurimus exciditur
¶ Riperinus subalbidus cũ punctis nigris durus atq; fortissi/
mus. ¶ Concleatius concleis lapillisq; & arena cõcretus asper
rimus & interdũ fistulosus. ¶ Coluinbinus a colore auis nun
cupatus natura vicinus gipso & mollicia similimus. ¶ Mola/
ris in parietibus vtilis quia est quaedam pinguior natura eius
duraq; & aspera. Ex quo etiam & mole fiunt vnde & nomen
traxit huius quatuor genera Albus niger. permixtus ac fistu
losus. ¶ Sfungia lapis creatus ex aqua leuis ac fistulosus & ca
meris aptus. ¶ Silex durus lapis ex cuius genere nigri silices
optimi quibusdam in locis & rubentes. Albi silices contra vetu
statem incorrupti permanent. Idem & in monumentis sculpti
& incorrupti permanent quibus nec ignis quidẽ nocet. Nam
ex iis etiam forme fiunt in quibus aera fundunt̃ ¶ Viridis silex
vehementer & ipse igni resistens sed nusquam copiosus & vbi
inuenitur lapis non saxum est. Pallidus in cemento raro vtilis
¶ Globus cõtra iniurias fortis & in structa infidus nisi fuerit

multa suffrenatione deuinctus. ¶ Fluatilis silex semper velut madens· hic aestate exhiberi oportet nec ante biennium inseri in structuris pomorum. Fictilium operum ad parietes & fundaméta quae coctis laterculis ad tecta imbriculis tegulisq; aptátur. ¶ Tegule vocate q; tegant aedes. ¶ Et imbrices q; accipiant imbres Tegule autem prime positionis nomen· cuius diminutiuum tigillú. ¶ Laterculi vero vocati q; lati formenť circúactis vndiq; quatuor tabulis. ¶ Lateres autem crudi sunt qui & ipsi inde nominati q; lati ligneis formis efficiuntur· quorú crates dicuntur· in quibus lutum pro eisdem lateribus crudis portare solent· Sunt enim cónexiones cannarú dicti id est q; se inuicem teneant. ¶ Lutum autem vocatú quidamp antifrasin putant q; nó sit mundú· Nam omne lotum mundú est· ¶ Calx viua dicta quia dum sit tactu frigida intus occultú continet ignem· Vnde perfusa aqua statim latens ignis erúpit natura eius· mirum aliquid facit· Postq̃ enim arserit aquis incenditur quibus solet ignis extingui· oleo extinguitur quo solet ignis accendi· Vsus eius· in structuris fabrice necessarius· Ná lapis lapidi nó potest adherere fortius nisi calce cóiunctus ¶ Gipsum cognatú calci est· & est grecum nomen. Plura eius genera· omnium autem optimum lapis est specularis· Est eni insignis aedificiorum & coronis gratissimus. ¶ Arena ab aridítate dicta non ab adherendo in fabricis vt quidá volunt. huius probatio si manu impressa stridet aut si in vestem candidá sparsa nihil sordis relinquat. ¶ Columnae pro longitudine & rotundi tate vocate in quibus tocius fabricae pondus erigitur. Antiqua ratio erat columnarú altitudinis tercia pars latitudinum. Genera rotundarú quatuor· dorice· horice· tuscanie· corintae· Mensura crassitudinis & altitudinis inter se distante· quintum genus est earum que vocanť attice quaternis angulis aut amplius paribus laterú interuallis. ¶ Bases fulture sunt columnarum quae a fundamento consurgút & superpositae fabricae sustinent pondus. Bases autem nomen petrae est fortissime siro sermone. ¶ Capitella dicta q; sint columnarú capita quasi supcollú capitis. ¶ Epistilia sunt quae super capitella colúnarum ponuntur· & est grecum. ¶ Pauimenta originem operis a grecis habent· Vocata auté pauimenta eo q; pauiantur idest cedanť Vñ & pauor quia cedit cor. ¶ Ostracus est pauimentú testatiú

eo q̄ fractis testis calce admixto feriat̄. Testam enim greci ostra dicūt. ¶ Rudos artifices appellāt lapides contusos & calce admixtos quos in pauimētis faciēdis supfundūt. vnde & rudera dicuntur. ¶ Canalis ab eo q̄ caua sit in modū cannae. sane canalem melius genere feminino q̄ masculino proferimus. ¶ Fistule aquarū sunt dicte q̄ aquas fundāt & mittāt. Nam stola grece mittere est. Forme earū ꝑ magnitudine aquae & capacitate fiunt. ꝑ quas aquae ꝑ certos modulos diuidunt̄. E q̄bus est vncia & quinaria. digitus quadratus. digitus rotundus. & ceteri modi ꝑ modulo quātitatis cuiusq̄ causae. Huc usq̄ partes constructionis.

¶ De Venustate aedificiorū. ¶ Ca. xi.

Venustas est quitquid illud ornamēti & decoris causa aedificiis addit̄. Vt tectorū auro. distincta laquearia & preciosi marmoris crustae & colorum picture

¶ De Laquearis ¶ Ca. xii.

Laquearia sunt que camerā subtegūt & ornant. quae & lacunaria dicuntur. q̄ lacus quosdam quadratos vel rotūdos ligno vel gipso coloribus habeāt pictos cum signis intermicantibus. Principaliter autem lacus dicitur vt lucius. Resultāt aedesq̄ lacusq̄. Cuius diminutio lacunar facit. vt oracius. Neq̄ aurū mea retinet in domo lacunar. Inde fit alia diminutio lacunarum & per antisticon laquearium facit.

¶ De Crustis. ¶ Ca. xiii.

Crustae autē tabule sunt marmoris. vnde & marmorati parietes & crustati dicunt̄. quia artem marmora secandi in crustas excogitauerint nō constat. Fiunt autem arena & ferro serraq̄ in pretenui linea p̄mente arenas tractuq̄ ipso secante. sed crassior arena plus erodet marmoris. Nā tenuis fabricis & polituris accomodata est.

¶ De Lithostratis. ¶ Ca. xiiii

Litostrata sunt elaborata arte picture paruulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. ¶ Tesselli autē a tesseris noiati idē quadratis lapillis ꝑ diminutionē.

¶ De Plastis. ¶ Ca. xv.

Plasticen est parietum ex gipso effigies. signaq̄ exprimere pingiq̄ coloribus. Plasticen autem dictū grece quod latine est fingere terra vel gipso similitudines. Nam & inpressa argilla forma aliquā facere plastis ē. Vnde &

protoplastus est dictus homo qui ex limo primus est cõditus

De Pictura · Ca·xvi·

Pictura autẽ ẽ imago exprmẽs speciẽ alicuius que dum vis affuerit ad recordationem mentem reducit · Pictura autem dicta quasi fictura · Est enim imago ficta · non veritas · Hinc & fucata idest ficto quodam colore illita · nihil fidei & veritatis habentia · Vñ & sunt quedã picture que corpora veritatis studio coloris excedũt & fidem · dum augere contendunt ad mendacium pueiunt · sicut qui cimeram tricipitem pingunt vel scillam hominem sursum · caninis autẽ capitibus cinctã deorsum · Pictura autẽ aegiptii excogitauerũt primũ vmbram hominis lineis circumductã. Itaq; inicio talis · secunda singulis coloribus posita diuersis sicq; paulatim sese ars ipsa distinxit · & inuenit lumẽ atq; vmbras differẽtiasq; colorũ Vnde & nunc pictores prius vmbras quasdã & lineas futurae imaginis ducunt · deinde coloribus cõplent tenentes ordinem inuentae artis.

De Coloribus · Ca·xvii·

Colores autẽ dictos q; a calore ignis vel solis pficiuntur · siue q; inicio colabantur vt summae subtilitatis existerent. Colores autem aut nascuntur · aut fiunt. Nascunt vt sinopis rubrica · paritonium · melinũ frecia · auripigmentum. ceteri fingunt · aut arte · aut pmixtione. Sinopis inuẽta primũ in ponto est · inde nomen a sinope vrbe accepit · Species eius tres · rubra & minus rubẽs · & inter has media. Rubrica vocata q; sit rubra & sanguineo proxima · haec plurimis locis gignitur · sed optima ponto · Vnde & pontica dicitur. Sericũ rubri coloris pigmentum ex quo & librorum capita scribunt · Ipsum & feniceum appellatum · eo q; in siria colligit in litoribus rubri maris vbi fenices inhabitãt · Aliud est autẽ sericum · aliud siricum · Nam sericum lana est quã serics mittunt. Siricũ vero pigmentum · quod sirii phoenices in rubri maris litoribus colligũt · Est autẽ int facticios · nã sepe fit · aut sinopide · aut sandice mixtus. Minium primi greci in ephisiorũ solo inuenisse traduntur · Cuius pigmenti hispania ceteris regionibus plus abundat. Vnde etiam nomen proprio flumini dedit · huius distillatio argentum liquidum gignit · Minion autẽ hoc qdam dicũt esse cinabari. Cinnabarin a dracone & barro idẽ elefante cognominatum. Aiunt enim draconum esse sangumem dũ

implicant elephantos ruunt enim belue & dracones obruunt̃
Quorum fusus cruor terram inficit fitq; pigmentum quicquid
solo tinxerit. Est autem puluis coloris rubri. ¶ Prasin idẽ creta
viridis & si in aliq̃bus terris promiscue generat̃ optima tamen
in labia cirinẽsi ¶ Crisocilla colore prasino est dicta q̃ vena ei/
us aurum habere tradit̃. haec & in armenia nascitur sed ex ma/
cedonia ꝓbabilis vẽit. Fodit̃ eni ex metallis aeris cuiꝰ inuẽtio
argentum atq; indicum prodit. Nam vene eius cum hiis habẽt
naturae societatẽ. ¶ Cipria ab insula cipro vbi plurima reperit̃
¶ Sandaraca in insula rubri maris topazon nascitur colore cin
nabari odore sulphureo. Inuenitur autẽ in aureis et argentariis
metallis melior quo magis rufa magis quoq; virtus redolet. q̃n
q̃; & cerussa si torreat̃ in fornace sandaracũ facit. Vnde & color
eius flammeus quod si torreatur & equa parte rubrica admixta
sandaricẽ reddit. ¶ Arsenicum quod latini ob colorẽ auri auri/
pigmentum vocant colligitur in ponto. ex auraria materia vbi
etiam sandaraca optimum est. quod in aureum colorem transit
purum & fissile gratili venarũ dicsursu. quod vero pallidus aut
sandarice simile ẽ deterius iudicat̃. Est et tẽciũ genꝰ squamosũ
quo miscet̃ aureꝰ color. vis earũ ut sandarace sed acrior. ¶ Ocra
& ipsa in insula rubri maris topazon gignitur vbi & sandaraca
Fit quoq; et ocra ex usta rubrica in ollis nouis luto circũlitis
que quãtomagis in camino arserit tanto melior fit. ¶ Venetũ
ceruleũ temperare primũ alexandria reperit. In italia ex arenae
puluere & nitri flore idem faciunt. sed si cipriã in fornace adu/
stũ huic permixtioni addes vestoriani similitudo erit. ¶ Pur/
purissum ex creta argẽtaria cũ purpuris pariter tinguit̃ bibetq;
eum colorẽ celerius lanis precipuũ est. tamẽ aliud quod adhuc
vase rudibꝰ medicamẽtis inebriatũ proximũ ẽ egesto eo addita
creta inius. Idem & quociẽs id factũ est eleuat̃ bonitas precio/
sissime purpure. Causa ẽ quod scino maxime inficitur rubeaq;
¶ Indicum in indicis inuenitur calamis spuma adherẽte limo
Est autẽ coloris cianei mixturã purpurae ceruleiq; mirabilem
reddens. Est alterũ genus in purpurariis officinis spuma a di/
na ereis cortinis innatans quam infectores detrahentes siccant.
¶ Atramentum dictum q̃ sit atrum. cuius species & picturae
& cotidiano vsui necessaria est. istud inter facticois est. fit eni
& suligine pluribus modis sup̃ ardentes tedas resina adiecta

lacusculo edificata·quae fumũ retineat. Nunc pictores cũ aqua admiscent gluten vt inlustrius resplẽdeat. ad festinationẽ autẽ operis etiã sarmentorũ veterũ carbones cum glutino triti indu cendis parietibus atramẽti speciẽ reddũt. Sunt & qui vini fecẽ siccatã excoquant adfirmantq; si ex bono vino fex fuerit indici speciem id atramento propere sed & atramentum prebere. Sar/ mentũ vuae nigrae vino optimo tinctũ postq; siccitate aruerit· si exuras & conteras adiecto glute nitorẽ indicii reddit. Vstaq; plurima necessaria est nullo negocio ꝓuenit· Nam si & glebã silicis bene igne excoquas & aceto acerrimo supfu am exting/ uas madefacta spungia colorem purpureũ reddet eam vbi con/ triueris vsta erit· Omne autem atramentũ sole pficitur omnes colores calcis admixtiõe corrumpunt. ¶ Melinũ dictũ q; eius metalli ferax sit vna ex cicladibus insula melos nomie. Est enim candidum nec vtiunt eo pictores ꝓpter nimiam pinguedinem. ¶ Anulare quod vocant candidum est quo muliebres picture luminantur. fit & ipsum ex creta admixtis vitreis gẽmis. ¶ Ce/ russa fit hoc modo·vase enim aceto acerrimo impleto sarmenta aminea in eodem vasculo conlocabis ac sup sarmenta tabulas plumbi tenuissimas pones· deinde vas diligẽtissime claudis in lineq; ne aliqd spiraminis exeat. Post dies autẽ triginta apperit & ex distillatiõe tabularũ innata cerussa inuenit· quod ablatũ & arefactũ terit·atq; iterũ aceto admixto in pastillis diuidit & in sole siccat·hac obseruantia si laminas aereas sarmentis sup/ ponas cruginem creant calcantum·

¶ De Structuris aedificiorum ¶ Ca·xviii·

Nstructuram autẽ parietum ad normã fieri & ad ꝓpendiculũ respondere oportet. ¶ Norma dicta greco vocabulo extra quã nihil rectum fieri potest. Cõponitur autẽ ex tribus regulis·Ita vt duo sint binorũ pedũ ·tercia habeat pedes duos ·vncias decẽ quas equali crassitudine politas ex triemis acuminibus sibi iũ git. vt stemã trigoni faciat id erit norma. ¶ Regula dicta q; sit recta quasi rectula et inpedimentũ nõ habeat. ¶ Perpendiculũ est quod semper adpenditur·deniq; in fabrica nisi omnia ad p pendiculũ & certã regulã fiant·necesse est ut cuncta mendosa instruant·vt aliqua praua sint. aliqua cubantia·prona nõnul/ la·alia suppina·& ꝓpter hoc vniuersa sunt constructa. ¶ Linea genere suo appellata quod ex lino sit. ¶ Trullae nomen factũ

eo q̃ trudit & detrudit id est includit calce vel luto lapides.
Marcellus machina. ¶ Scale ab scondendo id est ascendendo
vocate·herent enim parietibus. Scale autem dicuntur·que aut
vne sint·aut plures· quia numeri tantũ pluralis est nomẽ ut li/
tere que epistolã significant· ¶ De Lignarius· ¶ Ca·xix·

Lignarius generalit ligni opifex appellat̃. ¶ Carpen/
tarius speciale nomẽ ẽ· carpentũ enĩ sonũ facit· sicut
nauicularius·quia tantum nauium est fabricator &
artifex. ¶ Sarcitector dictus q̃ ex multis hinc & inde coniun/
ctis tabulis vnum tecti sarciat corpus·Idem & tignarius quia
tectoria lignis inducit. ¶ Tignum vocatum greca ethimologia
quia incensum lumen conuertitur & in flamimã. Vnde liciniũ
dicitur q̃ lumẽ det. ¶ Materia inde dicit̃ omne lignũ quod ex
ea aliquid efficiat̃ uel si ad ianuã referas uel ad statuã materia
erit· Ad aliquid enĩ semp materia accipienda est sicut elemẽta
materiã rerũ esse dicimus·quia inde ea quae sunt facta videmꝰ
& materia quasi mater dicta. ¶ Trabes vocate q̃ intrãsuerso po
site vtrosq̃ parietes cõtineãt·Aliud autẽ sunt tigna aliud trabes
¶ Tigna enĩ iuncta trabem faciũt· Trabes autẽ sunt cum sunt
dolatae. ¶ Tolus ꝓprie est veluti scutũ breue quod in medio
tecto est in quo trabes coeunt. ¶ Cuplae vocate q̃ copulẽt in se
luctantes. ¶ Luctantes q̃ erecti inuicẽ se teneãt more luctãtiũ
¶ Asseres ab asse dicti q̃ a soli ponunt̃ neq̃ cõiuncti. ¶ Scin/
dule eo q̃ scindant̃ id ẽ diuidant̃. ¶ Epigri & claui sunt q̃ bus
lignũ ligno adheret. ¶ Claui autẽ dicti q̃si calibi q̃a ex calibe fi
unt id ẽ ferro·calips enĩ ferrũ est. ¶ Tabule a veteribus tagulae
vocabantur·a tegendo scilicet·vnde & tegulae. ¶ Conmissura
dicitur tabularũ coniunctio. ¶ Sectio autem dicta a sequẽdo
ea que ceperit. Nã secare sectare & sequi est. ¶ Serrae autẽ nomẽ
de sono factũ id est ab stridore. Serrae circiniq̃ usum ꝑdicem
quidã adolescens inuenit quẽ puerũ dedalus frater matris sue
studiis ꝑ docendũ acceperat· cuius pueri tantũ ingeniũ fertur·
ut dũ materie diuidẽde cõpendiũ quereret spinã piscis mittatꝰ
e ferro laminã exasperãs dentiũ mordacitate armauit· quã ser/
ram artifices nuncupãt·ꝑ cuius artis inuentiõe dedalus magi/
ster eius inuidie liuore ꝑmotus· ꝑcipitem puerũ ex arce deiecit.
Dehinc exulatus cretã abiit ibi que aliquan diu fuit ut fabu/
le ferunt ex creta pennis volauit & in ciliciã venit. ¶ Circinus

dictus q̃ vergẽdo efficiat circulũ· huius modo duplicata linea fit que simplex p̃ latitudinem extensa fuerat. ¶ Punctus autẽ in medio circini centrum a grecis dicitur·in cuius medio cũcta conuergũt. ¶ Securis vocat̃ eo q̃ ea arbores succidant̃ quasi succurris·Item securis quasi semicuris·Ex una enĩ parte acuta est. ex altera fossoria·haec & apud veteres penna vocabat̃ ¶ Vtrũq̃ autẽ habens acie bipennis· Nam bipennis dicitur·q̃ ex utraq̃ parte habeat acutem aciem quasi duas pennas·pennũ autẽ anti qui acutũ dicebãt. Vnde & auiumpenne q̃a acute & ecce nomẽ quod reseruauit antiquitatẽ quia veteres pennas dicebant non pinnas. ¶ Hec & dolabra q̃ habeat duo labra· nã securis simplex ẽ. ¶ Dextralis dextre habilis. ¶ Ascia ab astulis dicta q̃s a ligno eximit· cuius diminutiuũ ẽ asciola. est autem anubrio breui aduersa parte referẽs·uel simplicem malleũ aut cautaũ uel bicorne rastrũ. ¶ Scalprus dictus q̃ sculptis & foraminibus sit aptus quasi scalforus. cuius diminutiuũ scalpellus. ¶ Terebra vocata a verme ligni qui nuncupat̃ terebra quẽ greci terodonam vocat·hinc dicta terebra q̃ ut vermis forat·q̃si terefora uel transforans. ¶ Taratrum quasi teratrũ. ¶ Scofina dicta q̃ herendo scofem faciat. ¶ Canterium gal i agliua·

¶ De Laneficiis· ¶ Ca·xx·

Ineruã quandã gentiles multis ingeniis p̃dicabant. hanc enim primam lanefici usum monstrasse·hanc etiã telã ordisse & colorasse lanas perhibent. Oliuae quoq̃ hanc dicunt inuentricem & fabrice multarumq̃ artium reptricem. Ideoq̃ illi vulgo opices supplicant· sed hoc poeticae fingitur· non enim minerua istarũ artium princeps est·sed q̃a sapientia in capite esse dicit̃ homis. & minerua de capite ouis nata fingitur hoc est ingenium·Ideoq̃ sensus sapientis qui inuenit omnia in capite est. ideo & dea artium minerua dicit̃ q̃a nihil excellentius est ingenio quo reguntur vniuersa.

¶ De Veste sacerdotali in lege· ¶ Ca·xxi·

Cto sunt in lege genera sacerdotaliũ vestimentorũ· ¶ Poderis sacerdotalis linea corpori adstricta & usq̃ ad pedes descendẽs vnde & nũcupata quã vulgo camisiam vocant. ¶ Aban & cingulum sacerdotale rotundum·polita arte ex cocco purpura iacinctoq̃ contextum·Ita ut flores atq̃ gemme in eo esse videant̃ distincte. ¶ Pilleum ẽ ex bisso

rotundum q̃si spera media caput tegens sacerdotale & in occi/
pitio vitta constrictum · hoc greci & nostri tiaram uel galeam
vocãt. ¶ Machil quod est tunica talaris tota iacinctina habẽs
ad pedes septuaginta duo tintinabula totidemq; intermixta ac
dependentia mala punica. ¶ Ephot quod interpretatur latine
supindumentũ. Erat eni palleum suphumerale ex quatuor co
loribus & auro contextũ habẽs in utroq; humero lapides du/
os smaragdinos auro conclusos in q̃bus sculpta erant nomia
patriarcharũ. ¶ Logium quod latine dicitur rationale pãnus
duplex ex auro & q̃tuor textus coloribus habẽs magnitudinẽ
palmi per quadrũ cui intexti erãt duodeci preciosissimi lapides
hic pãnus supra humerale contra pectus põtificis adnectebat.
¶ Petalum aurea lamina in fronte pontificis quae nomen dei
tetragrammaton hebraicis literis habeat scriptũ. ¶ Bratin siue
feminalia id est bracae lineae vsq; ad genua pertingentes q̃bus
verecunda sacerdotis velabantur.

¶ De. Diuersitate & Nomibus vestimẽtorũ. ¶ Ca·xxii·

Diuersitas vestimentorũ·tegmen·tegumẽ. indumentũ
vestimentũ·& reliqua. ¶ Tegmen dictũ eo q̃ tegat
mẽbra sicut tegumen·tecta quae tegũt corpora. ¶ Ve
stimentum vero est quod usq; ad uestigium pretenditur quasi
vestigimentum ut est tunica talaris sed & hec consuetudo ser/
monis auctorũ cõfundit. ¶ Indumentũ quod intus ad corpꝰ
induitur quasi intumentũ amictus. Discernitur autẽ vestitus
a cultu quoniã lautius intelligit̃ cultus. Item cultus ab habitu
nam habitus ad naturã ptinet. cultus ad homies. Plereq; autẽ
vestiũ aut a tempore quo maxime in usu sunt. appellant̃ autẽ a
locis ubi uel primum confecte uel maxime vendicantur· aut a
genere coloris·aut a nomine reptorum. ¶ Vestis antiquissima
hominũ fuit perizomatũ id est subcinctoriũ quo tantũ genita/
lia conteguntur·hoc primum primi mortales e foliis arborum
